# D. DIDACI ANTONII FAJARDO, I. C. MATRITENSIS,

ET PRIMO, ET DIV ADVOCATI
in Regiis Curia & Conſiliis Hiſpaniæ, & in Supremo S. Inquiſitionis Tribunali Pauperum, & Carceratorum, & vnici Capituli Generalis Ordinis Militaris S. Iacobi; & pòſt de Conſilio Suæ Maieſtatis, & Aduocati Fiſcalis Generalis in Statu Mediolani: nunc verò in eodem Statu Magnifici Senatoris,

## IVRIS ALLEGATIONVM
Fiſcalium Mediolani in grauibus cauſis,

## SEMICENTVRIA BIPARTITA;

Cui acceſſit Tractatus de Legitimatione per ſubſequens Matrimonium, & ſingularis Quæſtio Regularis.

*Opus nouum, & iam diu deſideratum, à nullo vnquam ex doctiſsimis Fiſci Patronis Mediolani de ſuis Allegationibus editum, in quo celebres queſtiones diſceptantur & diſſoluuntur.*

LVGDVNI,
Sumpt. LAVR. ARNAVD, ET PETRI BORDE.

M. DC. LXXI.
CVM PERMISSV SVPERIORVM.



POTENT.$^{MO}$ ET AVGVST.$^{MO}$

# DOMINO REGI, DOMINO MEO

# DON CAROLO II.

# HISPANIARVM REGI,

## ET PLVRIMORVM ALIORVM REGNORVM,

& maximarum Prouinciarum, ab ortu vſque ad occaſum Solis;
& Duci Mediolani, & Vicario perpetuo Imperij in eo:

*AC DOMINÆ AVGVSTISSIMÆ REGINÆ, DOMINÆ NOSTRÆ*

## DONNÆ MARIÆ ANNÆ AVSTRIACÆ,

eius Matri, & Curatrici, & Regnorum, & Statuum
Monarchiæ Gubernatrici.

POTENTISSIME REX, ET POTENTISSIMA REGINA,

Humilis ego primordialis, & originarius Hiſpanicus vaſſallus, nobili ex ſanguine natus, & ſubditus MM. VV. & Miniſter in Mediolanenſi Prouincia, primò, & diu in munere Aduo-

cati

IHS NOB. ET EGREG. LICENC. DON DIDACVS ANTONIVS FAIARDO I.C. HISPANVS MATRITENSIS DE CONSILIO S.C.R.M. ET REGIVS ADVOCATVS FISCALIS GENERALIS IN STATV MEDIOLANI AETATIS SVAE AN. LX.
Fundamenta quę
Iustitia, et Aequitate
Veritate, et Prudentia
Inprincipio 1670.
I.B. Bonacina sculp.

# D. D. DIDACI ANTONII FAJARDO I.C. MATRITENSIS,

# ALLEGATIONVM FISCALIVM PARS PRIMA.

## ALLEGATIO I.

*Pro Regio Fiſco.*

In cauſa contra DD. Comites Borromeos, & D. Com. Pyrrum Vicecomitem; ſuper rehabendis feudis per eos poſſeſſis, & recuperandis datiis panis, vini & carnium in locis eorumdem feudorum.

### SVMMARIVM.

*Initium, & grauitas cauſæ, & alia enunciantur.* numer. 1. ad 8.

*Et breuis facti narratio.* n. 38. ad 68.

*Rex per ſeipſum, & per anteceſſores alienata rehabere, & recuperare poteſt, & debet, licet ſuis contractibus dicatur adſtrictus. Et decreta Mediolani, Cataloniæ, & aliorum Regnorum referuntur.* n. 10. ad 21. & 25. ad 37. & 70. ad 98. & 141. ad 146.

*Et idem in remuneratione datorum.* n. 69.

*Sex caſus, ſeu oppoſitiones declarantur, & eliduntur.* à n. 99.

*Primus, ſi recuperatio ſolùm detur reſpectu bonorum inſeparabilium à corona; & incidenter quæ dicantur Regalia maiora, & minora, & conceſſione acquiri poſſint.* n. 100. ad 121.

*Secundus, ſi adſuit læſio in modicitate pretij, & diuerſa in materia læſionis.* n. 122. ad 134.

*Tertius ſi conſideranda differentia inter retractum, & recuperationem, & ius redimendi.* n. 135. ad 140.

*Quartus, ſi interuenit, vel non, vtilitas publica.* n. 141. ad 146.

*Quintus verſatur circa eneruanda decreta Mediolani, & aliorum Regnorum, quæ latè defenduntur, diuerſis ſtabilitis concluſionibus.* n. 149. ad 219.

*Sextus caſus eſt, & verſatur in diuerſis oppoſitionibus, quæ eliduntur veris, & iuridicis concluſionibus, repetitione facta plurium antecedentium.* n. 220. ad 261.

*Quædam illatio, ſeu concluſio.* n. 262.

*Datia panis, vini, & carnium, cum in nullo ex priuilegiis ſint conceſſa, ad manus Reg. Cam. reducenda.* n. 11. & 263. ad 274.

*Antecedens adſtruitur, non obſtantibus clauſulis generalibus, ſcilicet in vno ex priuilegiis,* cum omnibus, & ſingulis regalibus, & datiis: *in aliis,* cum mero & mixto Imperio; *& aliis clauſulis: & diuerſæ concluſiones exornantur.* n. 275. ad 329.

*Rurſus per Fiſcum, quod defendit, clarius probatur ex conſtitutionibus, & decretis Mediolani, quæ exornantur variis, & veris concluſionibus.* num. 330. ad 581.

*Concluſio cum aliqua ſale finem imponit* n. 582.

INITIVM fuit cauſæ in executionem repetitarum Regiarum Litterarum, quarum prima per multos annos ſuſpenſa ſtetit, & quæ alios plures conſumpſit in exhibitione, & qualificatione inſtrumentorum, aut titulorum, villarum, iuriſdictionum, terrarum, & aliorum iurium, ſuper quibus controuerſia. 1

2 Magnitudo cauſæ, eius materia, & peruiliges in ſuis defenſionibus dicti Comites, & ſuorum ſtudio-

# D. DIDACI ANT.
# FAJARDO
## I.C. MATRITENSIS,
## ALLEGATIONVM
## FISCALIVM
## PARS SECVNDA.

POTENT.MO ET AVGVST.MO

DOMINO REGI DOMINO MEO

# DON CAROLO II.

## HISPANIARVM REGI, &c.

## DVCI MEDIOLANI:

## ET AVGVSTISSIMÆ REGINÆ

# DONNÆ MARIÆ ANNÆ,

eius Matri, & Curatrici, & Regnorum, & Statuum Monarchiæ Gubernatrici.

POTENTISSIME REX, ET POTENTISSIMA REGINA.

Subiicio pedibus VV. MM. allegationem hanc, & defenſionem alti, & ſupremi dominij, quod M. V. vt Dux Status Mediolani, & Vicarius perpetuus Imperij in eo tenet, & vt in eius Prouincia, in Comitatu Nouariæ, & intra loca Ripariæ, Hortæ, & alia: in quibus non cum certis fundamentis Epiſcopi Nouariæ à tempore Domini Regis Philippi II. contradictionem factam habeat, & per diuerſa media vſque huc durat; etſi in fauorem V. M. duæ extent prolatæ ſententiæ; & ſolùm reſtat, vt Senatus eas exequatur, vel confirmet, conſultationem faciendo cum V. M. & eius ſupremo Conſilio Italiæ, vt eſt ordinatum.

Auguſtum, & grande Monarchiæ V. M. & Regni habenas habere, experientiâ apparebit, cum examine iuſto occurrentium in Regnis: *Amplum, atque illuſtre munus, quo fungeris, orbem imperio regere, & Populos æquare regendo. Nil vnquam metiri odio, nihil credere amori, ſed*

 *parium*

# TRACTATVS
DE
# LEGITIMATIONE
PER SVBSEQVENS
MATRIMONIVM.

TRACTATVS
# DE LEGITIMATIONE PER SVBSEQVENS MATRIMONIVM.

Ab Authore, vt votis amicorum ſatisfaceret, huic Operi adiunctus, cum nouis eius animaduerſionibus.

## *PRÆLVDIVM.*

BALDVS, Iuriſprudentiæ noſtræ fulgentiſſimum lumen, *in proœmio libri feudorum, in principio*, ingenioſè comprobans eos, qui in aliqua diſciplina diutiùs laborarunt, adſtringi ex profeſſionis debito, quæ mente conceperunt, inſtar ſeminis in lucem proferre; cùm me quodammodò excitaret, grateque compelleret, vt quæ poſt multas vigilias in eruenda vera notitia, & intelligentia quæſtionum omnium, quas in materia legitimationis per ſubſequens matrimonium, variè, diuerſiſque in locis Doctores diſputandas aſſumunt, mente conceperam, in publicum proferrem; ex aduerſo à iucunda Baldi coactione me liberum putabam, cùm neque ætas mea, vel vſus, vel eruditio ea ſit, vt receptæ authoritatis ſcriptorum in iure ciuili cenſura mihi conueniat, quam ſanè, qui in ſtudiis doctrinæ ætatem omnem exegerunt, ſibi non audent arrogare. Sed videns felicem eſſe (vt Plato dicebat) eum, cui vel in ſenectute contigerit, vt veras opiniones aſſequi poſſit, ſiquidem rarum eſt, vt quiſquam mortalium, etiam confecto vitæ curriculo, tam excellentis boni compos fiat; & aduertens ex ſtudiorum ſemine fortè fortaſſis fructum aliquem vtilem profuturum, decreui communem hominum ſocietatem iuuandi causâ (ſi poſſibile eſt) quæ in aſſidua, & obſcura legitimationis per ſubſequens coniugium tractatione obſeruaui, communia facere, non inani oſtentatione ductus, nec captandæ auræ popularis gratiâ motus, ſed cupidus felix euadere, ſaltem ſi mihi veram aliquam opinionem aſſequi contingat, & vtilem fructum aliquem ex ſtudiorum ſemine huius Orbis Theatro exponere. Quod ſic decreui, iam adimpleo, non dubitans quàm multa in hoc opuſculo grauiſſimi noſtri ordinis homines ſint deſideraturi: non pertimeſcens imperitum vulgus, & certos ſemper calumniatores: contra iſtorum venenum parum nocens, non datur remedium: ab illis non contemptum, aut illuſionem, ſed veniam mihi de certo promitto. Et vt clariori methodo procedatur, libello in membra quatuor diuiſo finem ponere curabo.

## MEMBRVM PRIMVM.

In quo, quibuſdam neceſſariis in medium iactis, quæ ſint diſputanda referuntur.

### SVMMARIVM.

*Cauſa vel neceſſitas legitimandi filios.* n.1.
*Quibus modis legitimatio contingat.* n.2.
*Legitimationis per ſubſequens matrimonium beneficium, à quo originem ducat, & an iuris ſit poſitiui?* n.3.
*Referuntur verba textus* in cap. tanta, qui filij ſint legitimi, *n.4.*
*Referuntur iura concordantia*, n.5.
*Ex iuribus relatis concluſio elicitur, & remiſſiuè referuntur authores, qui de noſtra materia egerunt*, n.6.
*Legitimatio per ſubſequens matrimonium eſt aliis fauorabilior.* n.7.
*Legitimati legitimè cenſentur à die natiuitatis*, num.8.
*In id aliqua iura expenduntur.* n.9.
*Expenditur textus* in l. vlt. de natalib. reſtit. num.10.
*Legitimati natalibus reſtituuntur, & ex matrimonio nati dicuntur.*